

Certificazione Linguistica in Lingua Latina

Prova B1

1 Qua aestate Caesar tam prospere finivit in Sicilia bellum, fortuna in Caesare et in
2 republica militavit ad Orientem. Nam Antonius cum tredecim legionibus egressus
3 Armeniam ac deinde Medianam et per eas regiones Parthos petens, habuit regem eorum
4 obvium. Primoque duas legiones cum omnibus impedimentis tormentisque et Statiano
5 legato amisit, mox saepius ipse cum summo totius exercitus discrimine ea adiit
6 pericula, a quibus servari se posse desperaverat; amissaque non minus quarta parte
7 militum, captivi cuiusdam, sed Romani, consilio ac fide servatus est. Qui clade
8 Crassiani exercitus captus, cum fortuna non animum mutavisset, accessit nocte ad
9 stationem Romanam praedixitque ne destinatum iter peterent, sed diverso silvestriique
10 pervaderent. Hoc M. Antonio ac tot illis legionibus saluti fuit; de quibus tamen totoque
11 exercitu haud minus pars quarta, ut praediximus, militum, tertia calonum servitiique
12 desiderata est; impedimentorum vix ulla superfuit. Hanc tamen Antonius fugam suam,
13 quia vivus exierat, victoriam vocabat. Qui, tertia aestate reversus in Armeniam, regem
14 eius Artavasden fraude deceptum, catenis, sed, ne quid honori deesset, aureis vinxit.
15 Crescente deinde et amoris in Cleopatram incendio et magnitudine vitiorum, quae
16 semper facultatibus licentiaque et adsentationibus aluntur, bellum patriae inferre
17 constituit. Iam antea novum se Liberum Patrem appellari iusserat, cum redimitus
18 hederis coronaque velatus aurea et thyrsum tenens cothurnisque succinctus curru velut
19 Liber Pater vectus esset Alexandriae.

habuit regem eorum obvium

venit contra regem eorum

calo, calonis

militum servus

desiderata est

amissa est

adsentationibus

adulationibus

redimitus

ornatus

ESERCIZI

ESERCIZIO n. 1

Nel contesto proposto, che cosa significano le seguenti espressioni, qui indicate nella forma del loro lemma?

1. *Impedimentum* (r. 4)

- impedimento
- bagaglio
- ostacolo
- rischio

2. *Tormentum* (r. 4)

- seccatura
- fastidio
- macchina da guerra
- tormento

3. *Mox* (r. 5)

- subito dopo
- non appena
- costume
- moto

4. *Statio* (r. 9)

- statura
- fermata
- constatazione
- posto di guardia

5. *Decipio* (r. 14)

- decidere
- catturare
- deviare

- detrarre

6. *Facultas* (r. 16)

- facoltà
- difficoltà
- ricchezza
- favore

7. *Alo* (r. 16)

- alzare
- volare
- aggiungere
- nutrire

8. *Veho* (r. 19)

- vedere
- trasportare
- velare
- sviare

ESERCIZIO n. 2

Scegli l'indicazione corretta, facendo una crocetta sulla risposta che ti sembra giusta

1. *prospere* (r. 1) ha funzione di:

- Vocativo
- Avverbio
- Ablativo
- Verbo

2. *tredecim* (r. 2) è:

- Sostantivo
- Avverbio
- Aggettivo
- Pronome

3. *cum* (r. 4) è:

- Preposizione
- Congiunzione
- Avverbio
- Pronome

4. *amissaque ... quarta parte* (r. 6) è:

- Particípio congiunto
- Particípio predicativo
- Particípio attributivo
- Ablativo assoluto

5. Qual è il valore di *Qui* (r. 7)?

- Pronome indefinito
- Nesso relativo
- Congiunzione
- Pronome interrogativo

6. *ne ... peterent* (r. 9) ha funzione di:

- Proposizione finale
- Proposizione consecutiva
- Proposizione completiva
- Proposizione concessiva

7. Nella frase *Hoc M. Antonio ac totis illis legionibus saluti fuit* (r. 10) è presente il costrutto del:

- Doppio ablativo
- Doppio accusativo
- Doppio dativo
- Doppio nominativo

8. *reversus* (r. 13) ha funzione di:

- Aggettivo

- Avverbio
- Preposizione
- Verbo

ESERCIZIO n. 3

Nozioni di morfosintassi: trasforma le seguenti frasi estrapolate dal testo, secondo le indicazioni che ti vengono fornite

1. *Primoque Antonius duas legiones cum omnibus impedimentis tormentisque et Statiano legato amisit.*

Volgi la frase al passivo: _____

2. *Hoc M. Antonio ac tot illis legionibus saluti fuit.*

Narrant _____

3. *Impedimentorum vix ulla (pars) superfuit.*

Nullum dubium est quin impedimentorum vix ulla pars _____

4. *Hanc tamen Antonius fugam suam, quia vivus exierat, victoriam vocabat.*

Hanc tamen Antonius fugam suam, cum vivus _____, victoriam vocabat.

5. *Regem eius Artavasden fraude deceptum, catenis sed ... aureis vinxit.*

Rex eius Artavasdes fraude deceptus, catenis sed ... aureis _____

6. *Crescente deinde et amoris in Cleopatram incendio et magnitudine vitiorum, ... bellum patriae inferre constituit.*

Quia deinde et amoris incendium in Cleopatram et magnitudo vitiorum _____, bellum patriae inferre constituit.

7. *Bellum patriae inferre constituit.*

Constituit ut bellum patriae _____

8. *Iam antea Antonius novum se Liberum Patrem appellari iusserat.*

Iam antea Antonius imperavit ut cives se _____ novum Liberum Patrem

ESERCIZIO N. 4

Scegli fra questi tre riassunti del testo quello che ti sembra sintetizzare meglio il racconto, sbarrando il numero con cui è contrassegnato

1. La stessa estate in cui Cesare vinse la guerra in Sicilia, Antonio fu impegnato in un difficile scontro con i Parti che costò gravi perdite all'esercito romano. Antonio stesso scampò da sicura morte grazie all'aiuto di un soldato romano prigioniero dei Parti. Tre anni dopo Antonio catturò il re degli Armeni Artavasde, ma con l'inganno; in preda alla passione per Cleopatra e ad ogni sorta di vizi, provocò la guerra civile.
2. Mentre Cesare vinceva in Sicilia, Antonio corse gravi rischi nella guerra contro i Parti. Riuscì a stento a salvarsi, ma l'esercito di Crasso, di notte, fu sconfitto e i suoi soldati catturati. Tre estati dopo gli Armeni furono vinti e il loro re Artavasde messo in catene. Successivamente Antonio, corrotto dai vizi e dalla passione per Cleopatra, fece guerra alla patria.
3. Mentre Cesare vinceva in Sicilia, Antonio si scontrò con il re dei Parti, affrontando gravi rischi e subendo in un primo momento la perdita di due legioni e del suo luogotenente Staziano. Successivamente subì ulteriori sconfitte, fino a perdere un quarto dei suoi soldati, ma non si perse d'animo. Tre anni dopo tuttavia il re degli Armeni Artavasde lo pose in catene e, innamoratosi di Cleopatra, fece guerra a Roma.

ESERCIZIO n. 5

Completa la seguente parafrasi, usando i verbi che trovi in fondo, coniugandoli e inserendoli opportunamente

Cum ea aestate Caesar bellum in Sicilia finem _____, fortuna, semper comes Caesaris et rei publicae, in Orientem bellum _____. Antonius enim cum tredecim legionibus per Armeniam et Mediam ad Parthos _____ et cum rege eorum proelium commisit. Due legiones, impedimenta, tormenta et ipse Statianus legatus statim ab hostibus _____; postea, cum ipse Antonius et reliquae legiones multa pericula _____, _____ saluti. Postquam fere quarta pars exercitus _____, is _____, quia captivus quidam ex clade Crassiana, cuius animus, variante fortuna, tamen non mutatus erat, fideliter secreto _____ ut iter per silvas facerent. Qua re Antonius cum legionibus se _____, quamquam ammissa erat quarta admodum pars hominum et omnia impedimenta. Itaque Antonius hanc fugam, quae ei saluti fuerat, victoriam appellabat. Ipse post annos tres in Armeniam rediit et Artavasden regem dolo cepit. Ut eum _____, _____ catenis aureis, dignitati illius aptioribus. Cum vehementius amore Cleopatrae et iis vitiis _____, quae divitiis, corruptis moribus et adulacionibus _____, contra patriam bellum gessit. Antea omnes novum Liberum Patrem se vocare _____. Nam ornatus hederis et aurea corona, thyrso et cothurnis indutus, ut Liber Pater per urbem Alexandriam curru vectus erat.

- | | |
|-------------|-----------------|
| 1. commoveo | 9. pereo |
| 2. diffido | 10. proficiscor |
| 3. duco | 11. servo |
| 4. facio | 12. supersum |
| 5. hortor | 13. suscipio |
| 6. iubeo | 14. utor |
| 7. nutrio | 15. vincio |
| 8. vinco | 16. voco |

ESERCIZIO n. 6

Indica, apponendo una crocetta nella casella che ti pare opportuna, se, sulla base del testo proposto, le seguenti affermazioni sono da ritenersi vere o false

1. Antonius Parthos petens amisit totum exercitum.

Verum

Falsum

2. In ea aestate Caesar ad Orientem militavit.

Verum

Falsum

3. Hostis nocte accessit ad stationem Romanam.

Verum

Falsum

4. M. Antonius eiusque legiones servati sunt a captivo quodam, qui silvestre et securum iter eis demonstravit

Verum

Falsum

5. Omnia impedimenta Romani exercitus superfuerunt.

Verum

Falsum

6. Antonius tertia aestate in Armenia regem Artavasden dolo cepit.

Verum

Falsum

7. Antonius deinde Cleopatrae amore captus est.

Verum

Falsum

8. Antonius vitiorum magnitudine victus bellum patriae intulit.

Verum

Falsum

USR EMILIA ROMAGNA-CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)

Certificazione Linguistica in Lingua Latina

Prova B2

ESERCIZIO n. 7

Lineas crassis litteris notatas in Italicum sermonem verte

Qua aestate Caesar tam prospere finivit in Sicilia bellum, fortuna in Caesare et in republica militavit ad Orientem. Nam **Antonius cum tredecim legionibus egressus Armeniam ac deinde Medium et per eas regiones Parthos petens, habuit regem eorum obvium.** Primoque duas legiones cum omnibus impedimentis tormentisque et Statiano legato amisit, mox saepius ipse cum summo totius exercitus discrimine ea adiit pericula, a quibus servari se posse desperaverat; amissaque non minus quarta parte militum, captivi cuiusdam, sed Romani, consilio ac fide servatus est. Qui clade Crassiani exercitus captus, cum fortuna non animum mutavisset, accessit nocte ad stationem Romanam praedixitque ne destinatum iter peterent, sed diverso silvestriique pervaderent. Hoc M. Antonio ac tot illis legionibus saluti fuit; de quibus tamen totoque exercitu haud minus pars quarta, ut praediximus, militum, tertia calonum servitiique desiderata est; impedimentorum vix ulla superfuit. Hanc tamen Antonius fugam suam, quia vivus exierat, victoriam vocabat. Qui, tertia aestate reversus in Armeniam, regem eius Artavasden fraude deceptum, catenis, sed, ne quid honori deesset, aureis vinxit. Crescente deinde et amoris in Cleopatram incendio et magnitudine vitiorum, quae semper facultatibus licentiaque et adsentationibus aluntur, bellum patriae inferre constituit. Iam antea novum se Liberum Patrem appellari iusserat, cum redimitus hederis coronaque velatus aurea et thyrum tenens cothurnisque succinctus curru velut Liber Pater vectus esset Alexandriae.

ESERCIZIO n. 8

Responde breviter Latino sermone

1) Quid Antonius amisit primo cum Parthos peteret?

2) Quomodo Antonius servatus est?

3) Cur Antonius catenis aureis Artavasden regem vinxit?
